Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35889
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

garten omnibus tam presentibus quam futuris his
patentibus innotesco me quartam partem unius feo
di sitam in Reving in campo cum duobus ortis
oleruum ibidem libere possessionis mee quam ab v
xore mea Margareta iure dotalicio posse
disse dinoscor cum voluntate eiusdem vxoris
mee et filij nostri Ottonis pro quatuor talentis
nouorum denariorum wiennensium viris ve
nerabilibus domino Abbati Ebroni in Zwetel
et conuentui vendidisse ipsamque quartam
partem feodi et ortos cum omni iure meo
et proprietate viris prefatis libere resigna
ui. Sed et denarios dicte coemptionis me
totaliter profiteor percepisse. Et quoniam hec eadem
bona ab vxore mea pro dotem possede
ram ipsa solum cum voluntate eiusdem vxo
ris mee et filij nostri. Sed et accedente vna
nimi consensu primorum consanguineorum
predicte vxoris mee resignaui. videlicet
domine Gisle de Kastenberch sororis eius
et domini Alberonis de Hohenstain. Ludwi
ci quoque de Lichtenow. qui ipsa bona ut pro
ximi successores hereditarij forsitan sor
tirentur si me et uxorem meam et filium nostrum
decedere contingeret omnino absque prole
liberorum. Insuper promitto bona eadem me tue
ri et secundum commune ius terre ab omnium im
petitorum inquietationibus reddere expedita.
Obligans prefato conuentui Curiam meam in
Nidern Nevndorf quam ei antea in pluris
alijs obligaui. vt siquid ei in dicta quarta par
te feodi et ortis infra tucionis terminum depe
rit de eiusdem Curie equalentia seu aliorum
bonorum meorum certo loco designatorum si hanc
vendere voluero instauretur. In cuius emptionis
robur perpetuum sepedicto conuentui has pa
tentes cum sigilli mei appensione necnon
domini Alberonis de Hohenstain Ludwici quoque
de Liehtenow tradidi consignatas cum anno
tacione testium subscriptorum. videlicet domino
Pechtoldo Comite de Hardek. addito si
bi Leutoldo de Chunring. Chunrado de
Prechtprech. weichardo de Pavmgarten
patro meo. Chadoldo fratre meo. friderico
quoque de Liehtenstain. Vlrico et Ottone de
pvrchdorf et alijs quam pluribus fidedignis.
Datum et actum in Pavmgarten. Anno domini
millesimo. CC. Nonagesimo Octauo in die
apostolorum Petri et Pauli.

Sed nunc ad priuilegia data temporibus
domini Ottonis abbatis redeamus et sic
librum quartum adiuuante domino finiamus. vnde
et priuilegia domini wilhelmi ministerialis
predicti de Pavmgarten super vna vinea
in Reving que postea data est monachorum
infirmario subiungamus. et quid in se
contineant videamus. Item littera domini
wilhelmi de Pavmgarten ministeria
lis austrie super vna vinea in Reving
qui fuit gener domini Ottonis de Kaste
berch super vna vinea in Raving que Ka
stenberger dicitur et comparata est iusto emp
tionis titulo a fratre Chunrado de
Schonnberch quondam magistro curie
in Reving dataque infirmarie zwetle
nsium monachorum.

Ich wilhalm von paumgarten Dienst
man in Osterrich Tvn chvnt an disem
brief allen den di in sehent oder horent
lesen baide di nv lebent oder her nach ze
chvnftig sint daz ich mit verdachtem
mvt mein selbs vnd mit gvtem willen
meines svns Ottens vnd mein Toht
Diemvten verchovft han meinen weingar
ten ze Reving der da haizzet der Kaste
berg. der mein rechtes vreiez aigen ge
wesen ist mit aygenschaft mit allen den
erben vnd den geistlichen herren Apt Ot
ten vnd seiner Sammvng von Zwetl
vmb sechs vnd zwainzich phvnt phen
ning wienner mvnzze der ich avch
gewert pin. vnd han ich in mit samt
meinen vor geschriben erben den selben
weingarten mit samt der aygenschaft
ovf gegeben ledichleich fvr vreies ay
gen mit allem recht vnd ich in von mei
ner havsvrowen vron Margareten der got
gnad vorworn her gehabt vnd pracht